



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sacros. Concilii Tridentini Canones Et Decreta

Gallemart, Jean

Coloniæ Agrippinæ, 1621

Decretum prorogationis Seßionis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39157

Vltimò dubitatum fuit, An tolerantia Episcoporum, qui pro tempore fuerunt, & ignorantia, præteritos excuset, maximè cum illa beneficia sunt valde tenuia? Responsum fuit à Sacra Congregatione neutrum excusare. Conquerenti autem Episcopo Lucensi, suos Canonicos obtinere beneficia, nec expedire Bullas, visum est respondendum, vt priuet eos, qui ita obtinent, adhibitis Vicarijs, qui iurant, vsque dum admonitus Sanctissimus providere possit.

Qui pacificè per triennium aliquod beneficium possedit, non tenetur ostendere titulum, vel docere de titulo. Ita Sacra Congregatio censuit Anno 1588.

Vide etiam de possessione triennali *Seff. 7. c. 8. In fin.*

REMISSIONES.

Nisi Episcopo &c. Vide Rot. nouam dec. de iure patronatus de iure patron. verbo Competens, n. 64. cum seqq.

CAPVT XIV.

Tractandum de missa, ordine, & reformatione.

DEclarat præterea sancta Synodus, in futura Sessione quam ad xxv. diem Ianuar. subsequentis anni d. lxx. habendam esse iam decreuit; vnà cum Sacramentum Missæ agendum, & tractandum etiam esse de Sacramentum Ordinis, & prosequendam esse materiam reformationis.

SESSIO XV.

QUÆ EST QUINTA

SVB IVLIO III. PONT. MAX.

CELEBRATA DIE. XXV. IAN.

M. D. LXX.

Decretum prorogationis Sessionis.



CVM ex eo, quod proximis Sessionibus decretum fuit, sancta hæc & vniuersalis Synodus per hos dies accuratissimè diligentissimè que tractauerit ea quæ ad sanctissimum Sacramentum sacrificium, & ad Sacramentum

his spectant, ut hodierna Sessione quemadmodum Spiritus sanctus suggestisset, decreta de his rebus, & quatuor præterea articulos ad sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum pertinentes, in hanc tandem Sessionem dilato publicaret; atque interim affuturos esse putaverit ad hoc sacrosanctum Concilium eos, qui Protestantes se vocant; quorum causa eorum publicationem articulorum distulerat; & ut liberè ac sine cunctatione vlla huc venirent, fidem eis publicam, siue saluum a conductum concesserat: tamen, cum illi nondum venerint; & eorum nomine supplicatum huic sanctæ Synodo fuerit, ut publicatio, quæ hodierno die facienda fuerat, insequentem Sessionem differatur, certa spe allata, affuturos eos esse omnino multò ante illam Sessionem, salvo conductu amplioris formæ interim accepto: eadem sancta Synodus, in Spiritu sancto legitime congregata, iisdem Legato & Nuncijs præsidentibus, nihil magis optans, quàm ex præstantissima natione Germanica omnes de religione dissensiones, & schismata tollere, ac eius quieti, paci, otioque consulere; parata, ipsos, si venerint, & humaniter excipere, & benignè audire; cõfidentiq; eos non fidei Catholicæ pertinaciter oppugnanda, sed veritatis cognoscendæ studio esse venturos, & ut Evangelicæ veritatis studiosos decet, sanctæ matris Ecclesiæ decretis ac disciplinæ ad extremum esse acquieturos: sequentem Sessionem ad edenda & publicanda ea, quæ supra commemorata sunt, in diem festum S. Iosephi, qui erit die xix. mensis Martij, distulit; ut illi satis temporis & spatij habeant, non solum ad veniendum, verum etiam ad ea, quæ voluerint, antequam is dies veniat, proponenda. Quibus ut omnem cunctandi diutius causam adimat, fidem publicam, siue saluum conductum, eius, qui recitabitur, tenoris & sententiæ, libenter dat & concedit. Interea verò de Matrimonij Sacramento agendum; & de eo, præter superiorum decretorum publicationem, definiendum esse eadem Sessione, statuit, & decernit, & prosequendam esse materiam reformationis.

SAL-

Concil. Trid.
declara
neat in ob
1712.